



**Geschichte der geistlichen Stiftungen, der adlichen
Familien, so wie der Städte und Burgen der Mark
Brandenburg**

[Urkunden-Sammlung für die Orts- und spezielle Landesgeschichte]

Riedel, Adolph Friedrich

Berlin, 1845

CLII. Die Geistlichen der Marienkirche zu Stendal verkaufen dem Pfarrer zu
Schinne den dritten Theil einer zwischen Schinne und Rochow gelegenen
Wiese, am 17. Dez. 1349.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-54414](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-54414)

fili filique quondam Gherardi de borken eorum quoque ceteri heredes, debent dicta bona dimittere eisque et omni iuri, si quod in ipsis bonis competit omnino renunciare et quod ipsa bona non sint alicui in dotalicium et vitalicium assignata. Si vero, quod absit, predicti domini prepositus decanus et Capitulum in premissis vel eorum aliquo aliquod defectum vel calumpniam paterentur vel pati contingeret, extunc nos prenomnatis dominis ad restitutionem Sex marcarum argenti prenotati tenebimur, ad quam nos presentibus obligamus. In premissorum omnium testimonium Sigilla nostra presentibus sunt appensa. Datum anno domini M^o. CCC^o. XL. octauo, feria sexta proxima post pascha.

CLII. Die Geistlichen der Marienkirche zu Stendal verkaufen dem Pfarrer zu Schinne den dritten Theil einer zwischen Schinne und Nochow gelegenen Wiese, am 17. Dez. 1349.

— Nos Conradus duferi, plebanus Ecclesie beate virginis in Stendal, necnon Effelinus Rectores — Discreto viro domino hinrico plebano in Scynne Terciam partem vnus prati, inter villas rogghow et Scynne situati, Cum omni vsu fructu et attinentiis vendidimus, dimisimus et in hiis scriptis rationabiliter vendimus et dimittimus pro pecunia nobis integraliter perfoluta, predicto domino hinrico suisque Successoribus omnibus in villa Schynne plebanis firmiter per omnia mundi Curricula permanendam, vt huiusmodi tercię partis prati veri warandatores et ab omni infestatione ereptores esse debeamus et velimus promittimus domino hinrico suisque successoribus in solidam per presentes. Huius rei testes sunt Dominus Johannes de rotz, (sic) Dominus wernerus de vinzelberghe Canonici in Stendal, Cristianus presbiter in Gorne necnon Ghyso winandi de Schadewachten et alii plures fide digni. Et in omnium premissorum Lucidius et testimonium euentius nostris Sigillis presentia de nostra certa Scientia fecimus roborari. Datum anno domini M^o. CCC^o. XL. nono, feria quinta ante festum beati Thome apostoli.

CLIII. Das Domstift und der Stadtrath zu Stendal vergleichen sich über die Stiftung eines Altars des Apostel Paulus in der Hospital-Kapelle des h. Geistes, am 20. Aug. 1350.

— Nos conradus dei gratia prepositus, Johannes eadem gratia decanus Totumque capitulum ecclesie sancti Nicolai Stendal. Et nos consules vniuersi ciuitatis ejusdem ad noticiam vniuersorum cupimus peruenire, Quod discreti viri dominus Johannes sacerdos, Nicolaus et Jordanus fratres dicti ghunteri, filii quondam Nicolai ghunteri bone memorie, ob cultum diuinum ampliandum et in suorum progenitorum et ipsorum memoriam, quoddam altare in capella domus hospitalis sancti spiritus in Stendal, in honorem sancti pauli apostoli et beate barbare virginis martiris, de nostro consensu fundauerant, dotantes illud cum sex frustis et dimidio et decem et octo denariis proprietatis tytulo, Que frusta iacent in villa et curiis subnotatis: In villa Swechten In curia Arnoldi Rolkow vnus chorus tritici, Item vnus chorus siliginis cum dimidio et duobus modiis, Item vnus chorus ordei cum dimidio et duobus modiis, Item I. chorus ordei cum dimidio et II. modiis et quatuor modii awene, Item sex solidi galli et sex solidi festo Walburgis, Item in curia ebelingi hindenborghis quinque solidi cum sex denariis in festo martini et totidem in festo walburgis similiter exponendis, Item